

laudis. Amen **De matutinis**

Pra matutinis
atque a somno
tuo plenus lacrimis
et dolore affectus
propter ea que per apostolorum
cegestasti. et tunc meditaberis
et in spiritu tuo videbis quantum
dominus tuus sedis inter immites
despectus et in honore
et a suis discipulis et amantibus
derelictus et tot malis hominibus
condatus. O domine ihesu quomodo
ita sedes tam contemptus et
desolatus vultu sit discipuli

et de his qui vultu non est
tot hominum et doctorum sapientiarum
ne et primo de discipulis eius
quos videbat seducisse postea
de doctrina eius quasi notat
eam falsam esse. Dicit autem
annas pontifex non quod tunc
actu esset sed quod ante fuerat et per
esse debebat. Ille vero de di
cipulis omnino tacuit et quod
hic de ipso nichil boni dicit
potuit qui iam fugerat.
Damo ne his exemplum et in
tu de alio non debemus dicit
ne patrum alterum imitare

S. 6. 18.

Theol. F. VI. 500.



Handwritten text at the top edge of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Handwritten text on the left edge of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Handwritten text on the left edge of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Handwritten text on the left edge of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Handwritten text at the bottom edge of the page, possibly bleed-through from the reverse side.





Handwritten text on the top edge of the book, likely a title or library stamp, which is mostly illegible due to fading and the angle of the page.



Handwritten text at the top edge of the page, possibly a title or header.

Handwritten text on the left edge of the page.

Handwritten text on the left edge of the page.

Handwritten text on the left edge of the page.

Handwritten text on the left edge of the page.

Handwritten text on the left edge of the page.


Handwritten text on the left edge of the page.

Handwritten text on the left edge of the page.

Handwritten text on the left edge of the page.

Handwritten text at the bottom edge of the page.





Handwritten text on the top edge of the book, likely a title or reference, which is mostly illegible due to fading and the angle of the page.



Handwritten text at the top edge of the page, possibly a title or header, written in a cursive script.

Fragmentary handwritten text visible along the left edge of the page, appearing to be bleed-through from the reverse side.



PETRI MICHAELIS BRIL-
MACHERI EPISTOLA
AD AMICVM.

QVA TANQVAM SPON-
gia, deterguntur mendacissime calumnie
à Stephano Isaaci ex Iudæo, Pseudochri-
stiano, vt oleum camino adderetur, rescri-
ptæ ad Ioannem à Münster / de ipso & Je-
suitarum artibus, in perniciem, vt fin-
git, tam Papistarum quam Euan-
gelicorum comparatis.



MONASTERII Vvestp.
Typis Lamberti Rasfeldt. Anno 1592.



Andidè accepi, amicorum integerrime, quod
ex Vernali mercatu Francofurtensi ad me
miseris Epistolam Stephani Isaaci Iudæi, ad
Ioannem à Münster contra me scriptam, &
Brema typis Bernardi Petri editam in lucē,
cū illustri hac epigraphe; De Petro Michaelis Brilmache-
ro, & Iesuitarū artibus in perniciem tam Papistarum, quam
Euangelicorum, comparatis. Quinimo gratias ago pro obse-
quio, & simul optimam tuam in me voluntatem complector:
licet te interea bono animo esse velim, & nihil ab hoc scrip-
tionis genere, communi Religioni, vel mea existimationi, a-
cerbius metuere, sed potius bene sperare; utpote, quod sua
ineptia, mentiendi impudentia, & cacoethe pessimorum
affectuū, facile ipsis aduersariis (si tamen ex contemptu Re-
ligionis omnis, sibi gloriam non aucupentur,) proba-
turum sit non fide bona, nec fide sincero, ab illo, contra me,
rem geri; qui, cum nuper à Catholicis castris, in quibus non
integra fide militarat, defecisset hostem se profitetur, & planē
talem exhibet, qui me impugnando, proprio mucrone, se eti-
am grauius conficiat. Quod tibi, bonisq; omnibus, non diffi-
cile persuasum esset, si (quod petijsti) exactam calumniosæ
Epistolæ istius, refutationem, conscribere adlibuisset.

Sed, ut quod res est, fatear, si meo genio soli, licuisset
obsequi, præterijsssem hominem futilem, silentio; ut qui pa-
tres suos, peruicaces Iudæos, rebelles lumini, imitatus, men-
dacium sibi spem posuit, nec nisi, ab insigni impudentia, vi-
ctoriam sibi pollicetur, apud eos qui, iusto Dei iudicio, huius-

di magistris, & artificijs, digni habentur; vt ἐν ἐνεργείᾳ
πλάνης, efficacia erroris detineantur, εἰς τὸ πισεῖσθαι αὐτοὺς
τῷ ψεύδει, vt credant mendacio, nec aliquando ad Catholi-
cā veritatis lucem, respiciant, conuertantur & viuant.

Accessit, quod non sine causa, animi dubius fuerim,
vtrum, ab ipso Stephano Isaaco, an alio quopiam cauillatore,
barbaro Epistola illa prodisset, cum in ipso limine, solacis-
mo esset insignita. Sic enim in latino exemplari legebatur:
Ad nobilissimum virum, Dominum Ioannem à Weünster in
Bortlag. Epistola Stephani Isaaci, Pastor Ecclesie Christi
in Bensheim.

Suspicionem hanc augebat non mediocriter, ipsa etiam
subscriptio, quæ titulorum congerie, hominem ipsum, quasi
per ludum sugillare videretur. Sic enim habet; Addictissi-
mus Stephanus, Isaacus Ecclesie Minister ac Superinten-
dens, ac Pastor in Bensheim.

Attamen, cum sub idem tempus, Germanicum eius-
dem Epistolæ exemplum, typis excusum, quamuis mutata
inscriptione, oblatum fuisset, merito suspicionem ablegavi,
credidiq; Stephani esse abortum, quem, mali cerebri illius,
atrabilis protrusisset. Solacismum, iudicavi Typographicum
mendum; & in illa rerum verborumq; in subscriptione co-
pia, plus latentis inesse mysterij, quam hucusq; assequi po-
tuerim in reformatis illorum, vt vocant, Ecclesiis, licet earum
formulas aliquot, Latine & Gallice editas, perlegissem.

Neq; tamen ob hæc, refutatione ineptissimæ Epistolæ
opus esse iudicavi in tractu Rheni, vbi, quæ de ipso Stephano
& me, est apud non paucos, notitia, per se satisfactura
videbatur; nisi Superiorum accessisset iudicium, & mul-
tis persuasum fuisset, in vetere hac Saxonia & per maris
Baltici

Baltici orā, auidē nugas illas legi, ac circumferri curiosi, ad
Societatis nostræ existimationē qualemcurq̄, propter com-
munem Religionis catholicæ causam, iniquis præiudicijs
obgrauatam, conuellendam; atq̄, pios nostros conatus, qui-
bus patritum atq̄, auitum Christianismum, contra prophā-
nam sectarum nouitatem, omnibus vniuersi orbis partibus,
etiam ad Barbaras gentes vsq̄, Christi beneficio, deserimus
atq̄, defendimus, in exitiale odium, foedamq̄, contemptionē,
adducendos, per calumniam κακὸν ἐπιβλότατον, ma-
lū insidiosum, vt ait Dio in Oeconomico. Cuius profecto ca-
lumnia in pios, non tanta essent vires, si in aduersarios no-
stros Pij Antonini Casaris consuetudo obtineret; vt si non
probassent intentatum crimen, capitali pena afficerentur de-
latores: si probassent, oblato præmio, dimitterentur infames,
præsertim illi, qui singulari artificio, iniquissime cause suæ,
per calumniam innocentum, præsidia sibi constituunt insi-
gni quadam sycophantia.

Respondendum ergo fuit, sed paucis, responsione ad teip-
sum destinata, quasi instructionis formula, qua, ad Christi
& veritatis ipsius semper victricis, gloriam, quanta hostis
istius vanitas & mentiendi impudentia sit, cum didiceris,
persuasissimum etiā omnibus fiat, quales homines Catholica
Ecclesia, quos, pridem deo quasi mortuos, aliquādiu sustinuit
dū se mundo prodidissent, & q̄ ex nobis non essent exitu suo
comprobassent, tandem aliquando, quasi de navi numq̄ sub-
mergenda deturbet, & sectis perditionis transmittat; quā-
que verè peruetustus Tertullianus, libro de præscriptioni-
bus aduersus hereses de huiusmodi, & illis qui hæc quisqui-
lias nostras complectuntur, dixerit; Ordinationes eorum
remeraria leues inconstantes; nunc Neophytos conlocant,

nunc seculo obstrictos, nunc apostatas nostros: ut gloria eos obligent, quia veritate non possunt: Nusquam facilius proficitur, quam in Castris rebellium, ubi ipsum esse, illic proficere est. Sed ad rem ipsam propius accedamus. Principio, communi haereticorum spiritu impulsus, & consuetudine quasi innatam eorum furendi, imitatus, orditur Epistolam à contumelijs, dum me blasphemæ Societatis Missificum appellat. Sed ego aliam Societatem, quam Iesu, profiteri nunquam in animo habui: tam eam, quam D. Paulus pijs omnibus in Iesu Christo communem facit, quam quæ huius Societatis, publico Ecclesiæ iudicio pars est, & non exiguo numero, ac certis arctioris pietatis legibus, Christi sinceram Religionem, & ipsa diuina gratia adminiculo, proficitur, & alijs κατὰ τὸ μέτρον ἡσθεύουσας τῆς Χριστοῦ, id est, secundum mensuram donationis Christi, eandem docendo, concionando, scribendo, haereticorum technas & Blasphemias detegendo atque refutando, cōmunire, conseruareque, omni industria elaborat, eo (sit laus Deo immortalis) fructu, & Catholice Ecclesiæ testimonio, quod firmitus consistit, quam ut de ponte (quod dicitur) à Stephano aut similibus deiici deturbarique possit.

Quod si, quia ab Ecclesia Catholica sibi malè conscius, & illius pertimescens iudicium, in sectariorum partem recessit, illam odio prosequitur, ut omnis Apostata suum ordinem, & cum Donatistis, illius Cathedram, pestilentie Cathedram, doctrinamque, eiusdem pestilentem & Blasphemam dicere audeat, non ex fide & conscientia, sed impudenti temeritate: quis miretur, quod Societatem nostram Blasphemiam quoque incusare non veratur? ob eam planè causam, ob quam Diuus Augustinus Monasticam vitam professos

fessos, olim grauissimis contumelijs vexatos a Donatistis
& circumcellionibus testatur, & se ipsum quoque indignis
modis perstrictum, quod illud vitæ genus instituisset,
vtpote cuius sanctimonia perspicuis exemplis, & gra-
uissimorum virorum testimonijs contestata, impurioris vi-
tæ licentiam apud Sectarios, non solum accuset, verum-
etiam varijs pietatis exercitationibus, in apertam falsorum
dogmatum perniciem, tanquam fortissimis armis semper
excubet.

Huius profectò vitæ professores, vt nos ipsos quoque
oderint, necesse est, cane & angue (quod dicitur) peius, qui
Ecclesie Catholice incolumitate successuq; ringuntur, suam-
que propriam ruinam ab huiusmodi, quam maximè reformi-
dare coguntur, dum funestæ illius imagines conscientijs
quotidie obuersantur.

Quod si in Societatis nostræ doctrina, vel viuendi ab
Ecclesia probatis legibus, homo effrons, nihil Blasphemia
probare potest, nisi quod ex communi nobis cum tota
Ecclesia catholica odio petitum est, & à maledicta illa
maleuolentia, proficiscitur, quæ dicit bonum malum, & ma-
lum bonum; an non Blasphemia criminis Stephanus ipse con-
uictus tenebitur, & Calumniator insignis meritò existima-
bitur, qui me rei veritatem modestissimis verbis commemo-
rantem, procul dubio contra propriæ conscientie suæ testi-
monium, tanquam euomitorem calumnie, graueolentis hæ-
reseos anhelitu eructat, & nefariè sugillat:

Et dum erecto supercilio, pleraq; à me mendaciter
conficta esse, ostensurum se pollicetur, nihil ostendit, sed
simplici, imo frigidissima inficiatione, lectorē ludificat, do-
ctis no-

stitutum esse demonstrat.

Primum impudentis mendacij me arguit, quod illum sibi turpi fuga consuluisse scripserim; cum tamen ita se rem habere multi sint testes, neq; ipse contrarum inde probauerit, quod antè discessum suum, sub domo senatoria medio die omnia beneficia sua, quatumuis (vt ait) opima, liberè resignauit. quis enim dixerit id resignare, & liberè resignare esse, apud Ciuilem magistratum, vt gratiam aucuparetur, & defectionis suæ pretextum emendicaret, deponere inania nomina beneficiorū, quæ iure amisisset in eo Iudicio, cuius calculum se subterfugere non posse, facile intelligebat iam accusatus, sed de pluribus adhuc suspectus?

Sit ita sanè, quòd D. Ioannes à Schwölgen! (vti dicit) ob resignationem factam cum ipso ex postulauerit, monueritq; Colonia vt maneret: Amplissimus etiā consul Mafius, vir catholicissimus, pridie quā discessisset eiq; valedixisset, cœna Stephanum exceperit, & obtestatus sit, vt resignationem factam reuocaret, quod sane ego etiam facturum fuisssem, pro officio pietatis, si ad me venisset.

Sed quis ita rectè probatum existimet non elapsam turpi fuga? quando post hæc quæ refert, cum etiam paucis ante diebus erratum temeritatemq; suam apud me spontè accusasset, obnixeq; delicti veniam sibi obtineri a Reuerendissimo & serenissimo Archiepiscopo & Principe Electore postulasset, absq; absolute ab accusatione, bis contra eū solenni more instituta, & ante productionem testiū, & nouorū articulorum accusationis, quibus non exigua crimina continebantur; non reddita etiam acceptorum & expensorum ratione Capitulo suo ad D. Ursula Adem, debitor summe

~~summa non exigua prius vaationum deseruit, vrbe &~~
Dioecesi Coloniens. excessit, quàm à quoquam eorū cognitum
fuit, quibus, vel pro officio authoritas: vel pro necessitate ius
fasq; fuit accusandi retinendiq; abeuntem?

Secundo: Etsi fateatur disputationem cum duobus
Caluiniānis ministris institutam; quàm elumbi tamen argu-
mentatione probare conatur, id animo sincero, conuersionis
scilicet illorum causa factum; quòd multis prius mensibus
cum Praeposito Metropolitanae Ecclesiae & duob' Comitibus
Canonicis me etiam adiuuante scriptis, de Transsubstantia-
tione disceptauerit. Cum longè facilius atq; tutius fuerit ex
consequentibus ad praecedentia, & quasi ex effectis ad cau-
sas colligere, pari, qua caetera omnia, leuitate, scriptionē di-
sputationemq; illam institutam tunc fuisse, cum ex crebra
illa cum hominibus Caluiniāno dogmate contaminatis com-
municatione, eiusdem haereseos pruriginem contraxisset, &
(quod plerisq; haereticis solenne fuit) disputationis prae-
textu sensim sibi viam ad manifestam apostasiam parare in ani-
mo habuisset.

Cur vero etiam impudenter neget, quod me dictorum
Comitū & Praepositi nomine ad disputationem illam inuita-
rit, & recusantibus ministris Caluiniānis mecū disputationis
aleā experiri, gratias pro voluntate egerit, non video, quam
quod fortè, si id fateatur, vt res verè ipsius conscientiae iudicio
gesta est, merito metuat ne iam Praepositi & Comitum no-
mine per Sycophantiā abusus esse, quam parum Ministrorum
bonori prouidisse conuincatur.

Antonij Sadeelis librum contra Missam scriptum, ob-
latum mihi, nunquam negaui; sed refutationem totius illius

Dia-

Dialecticæ disputationis, siue potius cauillationis, in re longè
sanctissima, ea qua petebatur methodo, me promissè audacter,
mendaciū est. Neq̄ aliud vnq̄, ipsi Stephano, vel Reuerendo
& doctissim. D. D. Riphan) responsum me dedisse asserui,
q̄ quod huiusmodi refutatio, admodū tunc importuna esset, eo
presertim tēpore quo sub pralo, quinq̄, Eucharisticos dialogos,
habebam, qui totū quod restabat à concionib⁹ oriū, sibi vendica-
rent; daturum tamen operam, vt tertio dialogo (quem tunc
elimabam) quaten⁹ id suscepta methodus mea, suauiter collo-
quendi, pati posset, Argumenta Sadeelis cōfutarem. Num ve-
rò id assecut⁹ sim, Stephan⁹ iudicare non potest, cum Reus ipse,
& Hostis sit, qui, vt sibi nunq̄, à me satisfieri volet, ita neq̄, sa-
tisfactū esse vnq̄ fatebitur, nisi seipsum cōdemnet. In quo etiā
cū vetustis hæreticis illi cōmunè, quod vinci possit, vt errorem
fateatur, adigi nō possit, ppter insignē animi elati p̄tinaciam,
qua id sedulo omnes hæretici, sategerunt semper, vt cum maxi-
mè victi essent, & saucij, Catholicorum argumentorū pondere
atq̄, acumine, nihil se passos esse consingerent. Et cum accuratè
etiam illorum cauillationes tanquam leues araneorum telæ,
ingeniosè contextæ, solutæ, disiectæq̄, essent, conquereren-
tur tamen, mutilatim illorum argumenta p̄posita à nostris,
statū controuersie peruersum, nec ad omnia responsum. Patrū
(à quib⁹ nouis suis dogmatib⁹, vetustatis æstimationem, frustra
venatur) testimonia nō sincerè citata. Vbi vero se manifestissi-
ma veritate constrictos vident, mox (vt Stephanus de me falso
de se suiq̄, similibus verè dixerit) clamant, artificio rem inuolu-
tam & obscuritatē affectatam esse, vt nec nos ipsi nos satis in-
telligam⁹. Quam verò id nō meum, neq̄, Georgij à Valentia cō-
tra Sadeelem & Crelliū studiū fuerit, nō Stephani Isaaci agro-
& corruptissimo, sed pijs & veritatis amantissimi lectoris Christi-
ani integerrimoq̄, iudicio, libenter committim⁹. Neq̄, extitisse

...nervitiam uti novit. quam. quis
Pontificijs (q̄ insigni libidine mentiendi, asserit Stephanus)
arbitror quemq̄, qui refutatione mea ineptiorem se vidisse, asse-
revoluerit. Vnde etiam in eā ducor sententiam, nō ob causam, q̄
asserit, ab Episcopo Ruremun. Doctis. Vvilhelmo Lindano illam
exactiorem refutationem postulatam fuisse, cū Stephan⁹ in Catho-
licorū scriptis tam peregrin⁹ esse non potuerit, ut ignorarit, à Sa-
deele, p̄ter cavillationes inanes, nihil allatū cōtra augustissimū
Misse sacrificiū, q̄ nō doctiss virorū cōmentarijs atq̄, elucubra-
tionib⁹ satis supq̄, cōfutatū iā diu fuisset, neq̄, facile reperendū ex
Cathol. scriptorib⁹, qui in vana illa tact̄ āniaperitiæ Dialect. re-
tūdenda, & Sophismatū nexib⁹ dissolvēdis, quasi apud pueros in
scholis, bonas horas male collocandas sibi existimatur⁹ esset, præ-
sertim cum hac opera, neq̄, aduersariorum petulātib⁹ ingenijs, &
vana artis ostētationi satisfacturum, neq̄, studiū suū Catholicis
cōmendaturū satis, persuasum haberet; utpote, q̄ illis nuq̄ ex ea-
dem arte deesse possint, nouæ tergiuersiones, his verò, etiam hoc
artificiū suspectū & fastidiosū, imo etiā quasi postrem⁹ habeatur
sectariorū conat⁹ ad instar herinacii se inuoluēdi, & Dialecticis
bisce argumētandi formulis, se tanq̄ præacutis hastulis cōmunen-
di, reuera aut imperitis non nisi fumos (q̄ dicitur) vendendi, ut
in hos rectē dixeris cum Tertul. ex libr. de Præscrip. aduers⁹ hæ-
reticos; Inserūt Arist. qui illis Dialect. instituit, artificem struen-
di & destruendi versipellers, in sententijs coactam & in conectu-
ris duram, in argumentis operariā contentionū, molestam etiam
sibi ipsi, oīa retractantē, ne quid onino tractauerit. Et cū D. Hier.
in vlt. c. Nabū Propb. Cōsiderem⁹ hereticos, & Ecclesiæ multipli-
ces hereses, videbim⁹ q̄ eorū dogmata, cū frigeant, & volare nō
possint, sedem sibi & requiem, inter Aristot. & Chrysippi spineta
reperiūt, & ut simul cūctā breui cōcludā sermone, de fontib⁹ istis,
vniuersa dogmata, trabunt argumentationū suarū riuulos, ita ut
ipsa quoq̄, loca, de quibus argumenta sumuntur τὸ πινγ. inscribat.

Quibus verbis equidem, cum Tertulliani & Hieronymi, tum Doctorum verè Christianorum sententia nō Aristotelis artem Dialecticam, sed Sophisticen improbari censeo, Clementem etiam Alexandrinum secutus, qui libro primo Stromatum, Philosophiam Christianis hominibus necessariam docet, tam ad ingenia exercenda, quam aduersariorum sermonum technas dolosq; retegendos: Sophisticen autem improbandam latissimè disputat, atq; eam præsertim qua hæretici vel prophani Philosophi, simplicitati fidei insidias struunt, errores suos monstruosos obuelant, & facilitati docendi discendiq; negotium non necessarium facessunt.

Que propterea hic à me allata sunt, non q̄ Dialecticæ gloriosa illa iactantia nobis formidini sit, nam & nos didicimus & profitemur Dialecticam, sed vt constet, quam ob causam neq; Lindano, neq; mihi libuerit ad Dialecticas illas argumentandi formulas & modos (quibus ob iam recensitas causas, Hæretici libros suos sarcunt, etiam vernacula lingua ad imperitos) respondendi laborem sumere; tum alio spectasse Stephanum, quando à Lindano Episcopo exactiorem refutationē Antonij Sadeelis libri expetijt, nimirum; nō vt talē à viro doctissimo acciperet, sed vt seipsum hac sollicitudine veditaret, & si nec à doctissimo Episcopo sibi satisfactum esse dicere posset, non exiguam causam habuisse videtur, ad Calvinianos palam transeundi, atq; inter eos (quod in me petulanter ludit) illud: Nos poma natamus ingeminandi, ac si dicat: Ego sum Stephanus ille Isaacus nuper tot opibus & honoribus apud Papistas cumulatus, cui cum neq; Brilmacherus, neq; Lindanus Episcopus satisfacere posset, ad vos accurri, obujs vlnis suscipite, vt quod deserui, duplū apud vos inueniam, ne fraudi mihi sit transitio. |

Sed

*Sed quid miser gloriatur in malitia, ponens os in ini-
quitate? Annon diligit malitiam super benignitatem, ini-
quitate magis quam equitatem? dilexit profecto omnia
verba precipitationis lingua dolosa, quando tertio loco au-
det scribere, me negasse, quod cum doctissimo D. Theodoro
Riphan sacrae Theologiae Doctore, ipsum conuenerim instiga-
uerimq; ut contra Hæreticos concionaretur, & tamen per-
fricta fronte hoc ipsum sponte confiteri me scribit, dum af-
firmo ex me ipso suasisse, consilium ut caperet, num oblata
occasione, in concionibus suis ad populū controuersiarum fa-
ceret mentionem. Quis autem tam insulsus est, qui non vi-
deat posterius illud esse à priore diuersum? Et dum consi-
lium illud priuatim me homini iudeorum more, potius veteris
testamenti quam noui libros pro concione, ἀπὲρ μὲν τὸ σφρα-
γιδὲ & verbosè enarranti, nec non arroganter rudis curio-
sæq; plebis gratiam venanti, dedisse confiteor, nequaquam
concedere (ut fingit Stephanus) quod verè antea negaui, sci-
licet, me cum predicto Doctore, ut ad concionandum contra
Hæreticos illum incitarem cōuenisse, quod re vera nunquam
factum est, ac ne cogitatum quidem.*

*Pergit porro mendaciū splendidi impudenter & quod
dicitur capite nudo, accusare me, quod ipsum, metu ne articu-
li accusationis probarentur, sibi fuga cōsuluisse scripserim, q̄
ipsum negare, reuera splendidissimum est mendacium, quod
in oculos omnium, qui Colonia ipsius Epistolam legerunt, in-
curreret, & velint nolint etiam Catholicae religionis hostibus
testatum faciet, Stephanum Isaacum postquam semel vere-
cundia fines transfiliuit, iam benè & nauiter esse oportere
impudentem, ipsamq; adeo sibi delegisse impudentiam με-
γίστην ἐπιπλάττειν τὰ ἀσχετὰ ἡγεμόνα, hoc est, ut cum Xe-
nephonte*

nepbonte loquar, ducem maximam ad omnem turpitudinem
Quis enim in amplissima ciuitate res Stephani Isaaci, vel ob-
iter nouit, & de instituta in illum accusatione ignorat, aut
non miratur potius uehementer, quod hoc ipse negare ausus
fuerit?

Annon extat datum contra illum atq; ei insinuatum, Reuer.
& Serenissimi Archiepiscopi mandatum, hisce verbis con-
ceptum. Interdicitur Stephano Isaaco Pastori Ecclesie Bea-
tae Mariae ad Indulgentias, sub pena inobedientiae, contuma-
ciae ac suspensionis, imo priuationis Beneficiorum, ne concio-
netur (prout mandatum est prius) donec & quoadusq; di-
cto Reuerend. legitimo suo Ordinario ac Iudici, sese super ijs
de quibus accusatus & delatus est, prout ex communicati-
one Commissariorum cum ipso habita constat, legitime,
ac sufficienter purgauerit. Signatum die 19. Octobris
Anno 1583.

Sed nunquid etiam exstant Notarij publici manu de-
scripta accusationis Acta? quorum principium, sic habet: Co-
ram nobis N. comparent. Reuerend. in Christo patris Illust.
Principis & D. D. Ernesti, sacrae Coloniensis Ecclesiae electi
Archiepiscopi, Sacri Romani Imperij per Italiam, Archican-
cellarij; Principis Electoris & c. Procuratores Fiscales ex
officio, ac per modum inquisitionis, aliasq; pro correctione
grauium & enormium excessuum de quibus uehemens fama
in Clero & populo Coloniensi, iam dudum percrebuit, nec
non amotione publici scandali exinde orti, contra & aduer-
sus D. Stephanum Isaaci S. Theologiae Licentiatum Me-
tropolitane, & S. Ursulae Ecclesiarum, Vicarium, & Cano-
nicum respectiue, nec non Parochialis Ecclesiae Indulgentia-
rum Pastorem, reu, dicunt, conqueruntur, & allegant subse-
quentia

via, tam coniunctim quam diuisim cum petitionibus, oblati-
onibus & protestationibus solitis & consuetis.

Sequuntur ibidem, quos prolixitatis vitandæ causa o-
mitto accusationis articuli Quadraginta tres; quibus inter
alia non solum hæreseos, verumetiam meditata seditiois, &
violata iurisdictionis, & contumeliarum, primæ dignitatis
viris atq; principibus, perulanti sua lingua illatarum;
rum etiam manifesta rebellionis & inobedientie, accusa-
tur, & quod tacita conscientia testimonio conuictus, causaq;
sua planè diffidens, data etiam publica fide, neq; extra ciui-
tatem, ad Archiepiscopum, de fide sua rationem datur, quam
promiserat: neq; intra urbem ad Metropolitana Ecclesie
Decani tribunal sistere se ausus fuerit, licet identidem ad id
sub publica fide vocatus fuisset, mendacissimè in vulgus spar-
gens, interea paratum iuxta summam ad eum vehiculum, quo
in carcerem raptandus esset. Taceo minacissimas & seditio-
sissimas literas, siue ipso conscio siue à consiliorum socio quo-
piam, fædissimis contumelijs etiam refertas, in primarios
viros conscriptas, & in ades sigilliferi maioris coniectas,
quibus nisi à Stephano vexando supersederetur, cum ipsi Do-
mino Sigillifero, tum omnibus adherentibus, cædes & incen-
dia intentabantur. Prætereo, quod sæpius sub iuramento ad
Capitulum suum vocatus ab Archiepiscopi Commissarijs, do-
mi sanus & incolumis, postquam morbum fingens, compare-
re recusasset, eadem hora sit repertus. Verum, cum hic non sit
nostrarum partium, accusationem illam prosequi, sed proba-
re duntaxat, quam mendaciter Stephanus, contra se accusa-
tionem institutam negauerit, prætermitto alios 25. articu-
los, illi in interrogatorio propositos, 7. Martij Anno 1584.
aliosq; paratos multò adhuc grauiores excess^{us} cōtinētes quos
ille suo

suo abitu praeuenit. Adscribam tantum accusationis libelli conclusionem, vt nulla tergiversatione vti possit ad negandum, contra se institutam accusationem. Sic autem illa habet; Quare cum praemissa omnia ita vt narrantur & ponuntur, tam in iure quam in facto vera, notoria & manifesta: sitq; de ijs publica vox & fama, hic petunt Procuratores, Fiscales praedicti, reum praefatum in haeresin, periuurium & rebellionem, pœnasq; à iure decretas, Conciliorum statutis & consuetudinibus in tales ordinatas, incidisse, & pro tali habendum & cenendum. Haftenus libellus accusationis. Sed nunc videamus quomodo quod negauit, nimirum accusatum se esse, ipse fateatur, dum ait: quod si maximè probata fuisset accusatio, honorem tamen & famam suam, ea minime ledi potuisse. Quid cedo? Fortè quod famæ existimationem nullam residuam habebat, quæ ledi posset. Quod si habebat, vix credam ab ipso credi potuisse, iædi ab illa accusatione nō potuisse, nisi ad illorum appellet iudiciū, vbi hæc & similia, sanctissimis Sanctorum patrum & Imperatorū legibus damnata crimina laudem potius & venerationem, quam culpam habent, ex auitæ religionis omnisq; Ecclesiasticæ disciplinae nefario contemptu, apud quos absolui, profectò Stephano quam maximis criminibus obstringi fuit, si modo ius fasque integrè obtineat. De vitæ suæ & actionum innocentia, quàm perfricta fronte à nobis etiam aduersarijs sibi pollicetur testimonium amplissimum? quod etsi vellentus illi dare non possemus; non solum ob publicos excessus & labem domesticam, verumetiam ob suspicionem validam occultæ professionis iudaicæ perfidiæ, in quam, quod non raro Tuitij Sabbatho in Iudeorum Synagoga, docere & prælegere tanquam Leuita à fide dignis reperi-

tus &

~~us & num sacrificaret in altari & hostiam ad altarium aliquis~~
se, ab Ecclesie Aedituo deprehensus esse perhibetur

Ad intercessionem quod attinet à me petitam, fateor non apud Senatum ciuitatis illam à me postulatam esse: Stephano verò ea opus non fuisse, quod illi impense fauisset atq; etiam, vt non obstante inhibitione, concionari pergeret iussisset dum affirmat, quid aliud molitur quam vt amplissimis prudentissimisque viris, quorum diligentia in conseruanda ab heresibus ciuitate æternis celebrabitur sæculis, hæreseos sue turpissimam notam inurat, quam vix exiguo temporis interuallo illi vel opinione vulgi insidere sibi passi sunt; quando statim initio ipso turbarum sic palam rescripto suo edixerunt: Scire se quod Politicum Magistratum deceat, Ecclesiasticas personas Canonib; & Ecclesiastico iure corrigendas iudicandasq; permittere, eamq; ob causam strictissimè mandare, vt quilibet huius ciuitatis incola, tranquillè, pacificè, ac moderatè se gerat, neq; ob dictam causam, neque ob eam, quod Pastor ille vsq; ad reconciliationem suam à concionibus obediens ferietur, verbo vel facto, vel in predicto loco (vbi scilicet concionari ille solebat) vel alibi ledat, aut iniurietur, Si quis deliquerit, eum ex præscripto literarum fœderis castigandū & mulctandū esse. Et sic quidē prudentissimus Senatus notam illam facile abstersit, & se non minus quam Archiepiscopum, novos hosce conatus suspectos inuisosq; habuisse satis testatus est.

Sed apud Archiepiscopum negat meum patrociniū se postulasse, quòd inimicus essem, à quo intercessionem postulare stultitic fuisset argumentum. Sed sit ita, vt me hoc tempore inimicum putet, nunquam sanè expertus est antea, neq; tunc sanè, cum iam ferè rebus suis desperatis, & non multis ante

B

dis-

discessum suum diebus, ad me sub vesperam venit, & complofis manibus, oris sui temeritatem, quæ illi causa malorum esset, in primis grauiter accusauit: Deinde etiam, vt sibi tartarus debisceret, viuumque absorberet optauit, ni verum esset, quod nihil vnquam contra Catholica religionis nostræ fidem moliri statuisset. Quando etiam piè à me monitus est (postquam prolixius cum illo de controuersia imaginum, egissem) vt ad saniores mentem rediret; quod se facturum etiam pollicitus est, id tantum rogans, vt apud Archiepiscopum clementia veniaq, locum pararem. Quod me facturum, quoad fieri à me posset, promisi. Neq, defuit Clementissimi Principis voluntas, per ministros mihi declarata, benignè hominem excipiendi atq, in alterius vrbs parochia constantiam eius periclitandi tantisper, dum tragedia istius æstus deferbuisset.

Sed hac clementia salutisque consilia, sua temeritate, & precipitatione facile euertit Stephanus. Si sic rem gestam esse negare pergit, testis est Deus, cuius iudicium, mentiendo effugere non poterit.

Concionibus suis se nouas res molitum esse negat, sed quo argumento? à temporis circumstantia, quod cū illa concio contra imagines haberetur, tempus non fuerit ad res nouas, Trucksesio iam pulso & Casimiro cum exercitu iam non incumbente ciuitati, qui cum adesset in ciuitatis conspectu, Trucksesii rebus integris, se id potius facturum, fuisse, si quid ad res nouas animi habuisset. Credat naniis istis qui volet.

Quis verò sana mentis putet motibus ciendis vicinum Casimirum & Trucksesii presentiam in Diecæsi Coloniensi, temp^o Stephano videri potuisse oportunū, in illa vrbe cui tunc merito

merito omnia suspecta erant, & cuius prudentissim⁹ Senatus
quam maximè satagebat, ne respublica quid detrimenti
caperet, & per seditiosas conciones adpropositas depredati-
ones, vicino hosti, aditus daretur.

Sed neq^{ue}, tunc quidem temporis à nouis motibus cien-
dis, & nefariae proditionis crimine hominem vacasse pro-
bemus. Nolo uti litteris, quæ ad ipsum, ex ipsis Castris, ab
hostibus datae fuerunt. Sat testimonij enim præbent, quas
propria manu ex ciuitate ad hostium castra ipse dedit Ge-
nerosissimo quidam Comiti inscriptas, cuius nomini parco.

Quid verò in his litteris? gratias inprimis dum agit,
pro transmissio sibi saluo conductu, quo tamen propter peri-
cula in traiectu, uti non ausit, an non significat satis se vel
ab hoste in societatem nefarij consilij vocatum fuisse, vel
ad eam sponte aspirasse? Postulat deinde iisdem literis fidum
aliquem à Ducibus (certis quibusdam literis denotatis) ad
se transmitti, quo cum omnia communiçet, pollicetur Duces
experturos sæpe etiam holitorem oportuna esse locutum. Sci-
licet sic ille, ut oportunus esset, hosti potius, quam Archiepis-
copo (cui tanquam ordinario sæpius iuramento obstrictus e-
rat) satagebat. Postremo, siue sub calcem literarum, operam
suam offert & promittit, se illis Petro longè constan-
tiores fore, neque ut ille in necessitate nega-
turum.

Atque hæc fuit summa proditoriarum litterarum,
quas ipsas, Principes ex templo, legato suo, pro fidei litem-
istradiderunt.

Erat is Concionator Principis Orania, qui
tunc etiam Legatus Domini sui ad Casimirum & Truc-
Iosum.

1551
1552
1553
1554
1555
1556
1557
1558
1559
1560
1561
1562
1563
1564
1565
1566
1567
1568
1569
1570

& Truckesium in castris praesto erat, quem domi suae Stephanus multis diebus comiter habuit, & inter alia quae cum illo contulit, consilia complura, potissima fuere, de occupanda Caesaris insula, alysq; nonnullis locis bello conficendo opportunis, tum etiā scribendis & ad se transmittendis nouis literis, ad ciues Colonienses commouendos, Senatū tentandum, ad quae operam suam libenter se professurum recepit. Taceo alia, quae in congressu illo tractata sunt, quorum ego (hominem potius miseratus, quam quod liberet in excessus illius inquirere) rationem tunc non habui. Id certum est, illum, legato isti caluinianae sectae, se diu fuisse, professū esse. Sed unde, dices, ista ad te certō peruenere tam secreta? Ab ipsomet profecto legato, quem apprimè Stephanus nouit, omnia, postquam ille sequenti anno Caluinianorum Atheismum pertraxit (ut erat homo satis mitis ingenij, & non ab omni religionis sensu peregrinus) saniora consilia cepit, & ex Hollandia Coloniā reuersus, abiuratis erroribus, Catholicam Religionem professus, tum literas iam memoratas, tum alia complura, quae bono vsui futura aliquando sunt, tuto loco deposuit.

Nolo in tanti facinoris atrocitatem exclamare, ne modum epistolae excedam. Nunc autē horrendo illo hominis iuramento pretextuq; religionis, non est quod quisquā moueatur, ut existimet eundem meliori tempore, incidenter (ut fingendo ait) & oblata occasione, non autem destinato animo, flagitioq; meditato, patria mihi charissimae insidias struxisse, & postquam armis res nequicquam tentata videbatur, alia commodiore via, toties in finitimo Belgio probata, nempe per tumultuarias conciones contra imagines, nouis armis moribusq; hosti semel prostrigato, aditum patefacere voluisse.

Cum enim primum, seditiose illius concionis rumor pla-

teas

~~legatum permissum uti nouit. quia. qui~~
teas & compita occupasset, eodemq; quasi articulo ad me per-
latus esset, nouit Deus, quam ingemuerim, quantoq; studio
occurrenti nascentibus malis, vna cum Reucrendo D. Theo-
doro Sanderio minore Sigillifero, & ad D. Andrea Canonico
ad Stephani aedes accurrerim, vt si quid elapsum ei forte per
imprudenciam fuisset, cognoscerem, ac simul de ratione con-
ferrem, qua mitigari vulgus posset in vespertina concione
mea, quā in aede Metropolitana illo ipso die eram habiturus.

Sed Stephanus, tunc mihi vel esse domi noluit, vel captan-
di plausus, & haereticorum congratulationis excipiendi cau-
sa, egressus erat. Nec tamen (vt perperam comminiscitur) in
concione est vnquam nominatus à me, cum oblata occasione
populum cohortarer, Diuinam vt bonitatem precaretur sedu-
lo, ne quid in vrbe praclarissima periculi crearetur auita
Religioni; per occasionem disceptationis de Imaginibus,
qua, vt olim ad Imperij Romani in Graetia occasū, sic nuper
in propinquo Belgio, ad exterminationem religionis, sata-
nas viam fecisset. Pro qua mea in Stephanum modestia, ipse
gratias, in postremo nostro congressu, de quo dixi, egisse, se fa-
cile profecto meminisse posset, nisi iam cum pudore omnem
quoq; benefactorum memoriam ex animo profligasset, & in
sua hominumq; omnium salutis cupidissimos flagitia falsa e-
mentiri decreuisset, nempe inuisum se fuisse illis, & in concio-
nibus ab iisdem obseruatum, miserèq; afflictum, & ex eorum
odio, causam sacrilegae defectionis (vanissimo scilicet turpis-
simoq; praetextu) sibi oblatam.

Iam verò quam ineptum illud ac puerile, quod ex huius-
modi commentitia vexatione, Zelum se concepisse iactat le-
gendi Controuersias. Quis credat sanus, Theologiae annosum
Licentiatum, Pastorem, ac de uergente aetate virum, nunc

152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

tandem Leo Controuersiarum quem ante nunquam jense-
vit, impulsus, ac tum primum discere id voluisse, quod
propter honorarium scientiæ sacre titulum propter æta-
tem, propter officium, propter hæc ipsa tempora, ignora-
re neutiquam debebat? quis inquam hæc de Stephano, nisi
stolidus existimet, ac non potius credat, illum, cum iam
transugium ad hæreticos, in animo obfirmasset, eo studia
conuertisse, vt ab aduersariorū venenatis armis fraudibusq̃,
& imposturis quibus Ecclesiam, Dei viuentis domū, Iudaica
quadam peruicacia oppugnaret, esset instructior? Ad
quam insaniam, si Dei opem, quod scribit, implorauit, meritò
bis sacrilegus habeatur; tum, quia veterum hæreticorum
exemplo, abuti præsidio diuini numinis homo effrons non est
veritus, rebus haud sanè, vt arrogantissimè prædicat, benè,
sed pessimè expensis, tum quia prætermisso aut despecto a-
liorum doctissimorum virorum, etiam Pontificiorum, consilio
ad hæreticos potius aures animumque inclinauit, vt in hanc
non Dei veritatem, sed errorum voraginem tetramque hy-
pocrisim, à patre mendaciorum induceretur, in qua, velut in
limo profundi, vbi non est substantia, fieri non potest, vt (quod
gloriatur) ad finem vsque vite firmiter perseuerare consti-
tuerit, nisi tutum cum morte & inferno fœdus futurum (vt
ait Propheta) homo ter infelicissimus, suæq̃ salutis, vt qui
maximè prodigus, & aliorum despector eximius, sibi per-
suaserit. Qualis equidem nisi iam planè euasisset, sedens in
derisorum cathedra, nequaquam ea, quæ ad reuocandum
illum in viam meliorem, non vi ac supplicijs, sed iure ratio-
nibusq̃ adhibita sunt, malam ac pestilentem rem appellasset,
sed animo summisso, cum Dauide pœnitente, virgam & ba-
culum Dei censuisset, quæ ipsum resipiscentiè mirificè consolari
potuis-

pideū castigante, in extremā ipsi (prō dolor) pñitiem cōuersa
sunt. Euenit certè hic ipsi fateor, quod olim Luthero (vñ scri-
bit) cui, sicut vexatio disputationis de Indulgentijs, ita Ste-
phano, vexatio, ob disputationem de Imaginibus occasio sti-
mulusq; ad maiora, longè tamen deteriora fuerit. Admitto
etiam lubens comparationem, & planè consimilia in vtroq;
tam grauis præcipitiū merita fuisse, nihil ambigo, videlicet,
in signem animi arrogantiam atq; temeritatem, vt ne in alijs
vitijs recensendis hæream.

Quod si Stephanus, fortassè, qui Lutherus vir fuerit,
ignorat, & ex nostris scriptoribus cognoscere dedignatur,
audiat accipiatq; luculentum testimonium à Symmystis suis
Tigurinis, qui in Responione ad lib. què contra Zvving. Lu-
ther⁹ ediderat, sic illū colorib⁹ expingunt; Prophetæ & Apost-
oli, Dei gloria, non priuato honori, non suæ peruicaciæ & su-
perbiæ studebāt; Lutherus autem, sua quarit, pertinax est, in-
solentia nimia effertur, & in omnibus correptionibus suis, plu-
rimum maligni spiritus, quam minimum verò paterni & a-
mici animi deprehenditur.

Lutherus hisce virtutibus illustris in Lipsiensis disputa-
tionis, frequenti catu dixit, cum à Consiliarijs Ducis Geor-
gij moneretur, modestius vt ageret, rem hanc à se cum Deo
inceptam non esse, nec cum Deo finiendam. Sic etiam dicat
Stephanus, & sibi omnia cum Lutheri initijs similia fuisse
glorietur, si quis tamen in malitia gloriari debeat.

Attamen neutiquā probaturus est; quod vt electis omnia
cooperantur in bonum, ita sibi Lutheroq; euenerit, sed planè
contrarium euicerit facilius, si ex similibus loco didicit rati-
cinari; Nempe vt Luthero, sic itē sibi vexationem illā iustam
haud

Etiam a quo unum acceptam ad projectum salutis, in sum-
mum exitium cooperatam esse, cuius, ut nunc Lutherum,
postquam in vindicis Dei manus incidit; ita aliquando Ste-
phanum velit nolit, ac faxit etiam Deus, ne sero & sine vlllo
fructu, in omnem aeternitatem paniteat.

Iacet nunc maximos redditus, dignitates & honores à
se desertos, quorum (ut dixi) cum ius amiserat, inania ta-
men nomina deposuisse maluit videri, quàm illis vna cum
rebus spoliatus esse. Prædicat se vr̄bis Senatui, totiq; popu-
lo gratum fuisse, cum reuera, prudentissimus quisq; in illo am-
plissimo ordine, potius hominis leuitatem suspectam habens,
metuerit, ab eo monstri aliquid in Reip. clarissimæ pernici-
em ali, Et, si qui ad eius conciones subinde longiore via ven-
t̄itabant, continendi in officio Iudai, suaq; præsentia, à nouis
rebus deterrendi, consilio fecisse id potius videantur.

Populo etiam se toti gratisimum fuisse superbè mentitur,
cum nec minima quidem eius pars, quantum videlicet Tem-
pli nō magni angustia capiebant, illius se visendi audiendiq;
desiderio magnopere teneri ostenderit. Et in hac, illi præci-
puè, qui, quod pro palam hæresin profitebantur, neglectis or-
dinaris pastoribus suis, quorum in concionibus erroris con-
uincebantur, excitabanturque ad meliorem mentem,
quam perdiderant, illi inquam ex diuersis vr̄bis regionibus
ad Stephanum audiendum tuto accedebant, quia placentia
dicebat, & præ gustum quendam eorum errorum, quos iam
apertè profiteretur, ipse hominibus eiusdem palati (ut similes
haberent labra lactucas) sensim propinabat.

Quod verò in honoribus dignitatibusq; suis scribit, ex-
pertum fuisse Dei se maledictio obnoxium esse, hoc vel ad
putidam mendacemque defectionis sue ab orthodoxa
Eccle-

~~Ecclesia nostra excusatione, quae reliquo seculi...~~
communis est, perinet, vel si re ipsa quid est huiusmodi ex-
perius, quod equidem facile crediderim, illius perturbatio-
nis conscientiam, referre minime debebat ad Ecclesiae catho-
licae communionem, & professionem vnanimis totq; secu-
lis probatae ac laudatae fidei, de qua verè ac praclare scrip-
tum est à D. Augustino, cum de verbis domini serio disserit.
Nulla maiores diuitiae, nulli thesauri, nulli honores, nulla
mundi huius maior substantia, quam est fides catholica,
quae peccatores homines saluat, cecos illuminat, infirmos cu-
rat, Catechumenos baptizat, fideles iustificat, penitentes re-
parat, iustos augmentat, martyres coronat, virgines, vidu-
as & coniugales casto pudore conseruat, clericos ordinat,
Sacerdotes consecrat, regnis caelestibus preparat, in aeterna
hereditate cum angelis sanctis communicat. Hac Augusti-
nus. Quis in hac fide damnationem, & non potius, postquam
hanc cum Stephano amiserit, se omnium miserrimum, dam-
nationiq; quam maximè obnoxium, meritò lamentetur? aut
si dum hanc fidem mortuam, nec per charitatem operantem
in se profitetur, damnationis & maledictionis sensu excru-
cietur; alias illius causas agnoscat, & consiteatur longè ve-
riores, nempe, quod fortassis necdum satis expurgasset Iuda-
ismi fermentum, eoq; totam Christianismi massam, occultè
corruptam, circumferret, sacerdos non legitimè sacris per-
summum sacrilegium operatus fuisset, amisisset virtutem o-
mnem sensumq; verae pietatis & diuini cultus, & quae istius
generis plura sunt, quibus impietatis mens conuicta, me-
ritò seipsum condēnat, & diuinam ultionem persentiscit tan-
tò grauiorem; quanto maioris religionis larua per hypocri-
sin occultantur ad tempus, ob arrogantiam. Quis enim igno-
rat

qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocrita peribit, & capit.
13. Ipse deus erit saluator meus: non enim ueniet in conspectum eius omnis hypocrita. Atq; adeo non minus Deum ipsum dicere posse, quam quod Achilles apud Homerum in hoc hominum genus grauius pronunciauit, ἔχθρὸς γὰρ μοι κείνοσ' ὁμῶσ' αἰδέομαι, ὅσ' ἕτερον μῦθον κέυθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ βάζει. Quod latinè vertebat Amantius, Ille mihi inuisus uelut atrii limina ditis. Qui uerbis aliud prodit, quam mente uoluit. Euenit interim (proh dolor) ut cum impius in profundum uenerit, omnia contemnat, ut in Stephano res ipsa docet qui Ecclesiam Dei uiuentis domū, uocat per sacrilegum contemptum Babylonem, & summam, in quam incidit, ruina calamitatem, & extremam salutis iacturam apud Sectarios, sacrilegis nuptijs; quod scilicet tam uxorem & liberos fortè, quibus cum ludat domi molliter habeat, & sit Pastor, Superintendens & Minister, appellat benedictionem, & Dei gratiam, quam cum gratiarum actione cognoscat, Catholica Ecclesia memoriam censet nidorem ollarum Aegypti sibi uerè abominabilem, cum, nisi in medio Aegypti uersaretur, & exterioribus propemodum tenebris, peccatorum nocte mentem offusam haberet, & (quod Seneca in Hypocritā lusit) personam mallet quam faciem, longè aliter de se iudicaret, suamq; non fortunam iactaret, sed summum infortunium, quod defectione sua accersuit, lamentaretur, memor terribilis comminationis quam per Dauidem psalm. quinquagesimo primo. Deus glorianti in malitia est interminatus dicens: Propterea Deus destruet te, in finem euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo; & radi-

~~causam eam de terra vniuersam peruenit uti nauis, cuius~~
bunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non
posuit Deum adiutorem suum.

Sed, heu dolor, hæc Stephanus non prauidens, insultat
Catholicis & Clericis Coloniensibus, & se in illis festu-
cam videre profitetur, trabem in oculo suo non videns,
iudicium suum dissimulans, aliorum aestimat, & gra-
uiter exaggerat, & quo nihil absurdius est, quod à
Caluinianis Ecclesiæ isti & Diocæsi illatum est, id quasi
sue calamitatis auctoribus, iustè illatum esse gloria-
tur, tanquam tota pro illo creatura, ut semideo quodam
decertet, qui etiam prophetiæ dono insignis, & cui velut
ex cælesti consilio commendatum, sit Iouis fulmen, ne in
hunc quidem diem, aut finem aut modum illorum miseriæ,
futurum falso prophetat, cum tamen res post bellum
ibi meliores reddi sensim ceperint, quod ad fortunas
externas attinet, quarum afflictionem nemo dubitat,
non tam miseriæ quam salutis permultis causam exti-
tisse, dum mala, quæ illos presserunt, arctius se Deo con-
iungere veræ pietatis studijs compulerunt,

Sed quis non misereatur hominis, qui vbi extre-
mas illas calamitates, quibus Deus, tanquam pater-
nis virgis filios castigare solet, eiusdem in reprobos
iudicia & vindictam inimicorum suorum esse temere
pronunciat, quid aliud facit, quam quod seipsum iusti-
ficet, ceteros condemnet omnes, qui sanctorum Pa-
trum vestigijs insistant, & quia grauissimè hæreseos crimine
Ste-

crimine Stephanus se obstrinxit, deserendam illius consue-
tudinem & communionem, et pro officio iure & legibus il-
lum coercere, ne sibi & Reipub. detrimento sit, operam dede-
re. Neque in hos solum, verum etiam in illos, qui vel cohorta-
tionibus, illius morbo remedium afferre conati sunt, vel
historia legem secuti res gestas ex veritate conscribendas
sumpserunt, & quae ab eo gesta sunt, vel illi acciderunt, ve-
rissimè literis mandarunt, tanquam efferata bellua fertur
conuities. Ego semel vocor, qui illi maledicam velut Dau-
di, Eitzingerus spurius censetur Goliath, Michael ab
Isselt impurus nebulo, & sacrificus appellatur, omnium no-
strum simul relationes verissimè de ipsius vitijs & conati-
bus maledictiones censentur, in ipsum tanquam in Dauidem
regem aut Israelitas, seu crepitus Sathanae similes illis, quos
impius Balam in Israelitas euomuit. Isti sunt flores sermo-
nis illius, qui qualis ipse sit homo, cuius talis sermo, facile
demonstrant, utpote qui faenum in cornu gerit, & ex eorum
numero est, qui dicunt: noli me tangere quia sanctus sum,
quicquid ad instar bouis cornupetae, ut si quis eum insanientem
tenere velit, audiat cum timore, Cornu ferit ille, caueo.
Que madmodum porrò impij Balâm crura parieti illisa sunt
dum concitatus asina vectus ad maledicendum Israeli
fertur, quam ille propterea fuste male cecidit, donec diuini-
tus belluae data voce Pseudoprophetae arguit insipientiam:
Non secus arbitror asinam illam stupiditatem, qua hacten-
us vectus est Stephanus, quae precipitanti, in nos male-
dicendo suis conuities fertur, sapius inter diuini metus an-
gustos parietes, conatus illius vii tibias, malè afficere, dum
se colliget, & vnde exciderit, recordabitur. Sed vii apparet;
misera haec bellua idcirco male tractatur animo in scelus
pro-

proruente, siue malo spiritu etiam impulsore, donec aliquan-
do humana magis voce & consilio diuinitus dato, illius in-
sipientiam inanesq; conatus arguet efficacius, & Deo pro-
pitio maledictiones sessoris huius nobis in benedictiones
(quod non dubitamus cumulatius nos experturos) conuer-
tantur, ipseq; miser quam in benedictione nobiscum noluit
habere communionem, elongatam à se experiatur, induereq;
cogatur maledictionem illam sicut diploidem, de qua Da-
uid rebellibus lumini & gratie cœlesti est vaticinatus.
Quando etiam inuitus fateri cogetur, quod iam dissimulat,
non Societatem nostram per blasphemiam Iesu nomen ob-
tendere, & illius homines mentiri; sed sectam suam horum
criminum ream Iesum ipsum & professionem ipsissima veri-
tatis in nobis persequi; ac proinde non nos, sed ipsum cum
suis eiusdem perfidie commilitonibus, iure à Barcosba
mendacii filio, vel à Paulo ministrorum Sathana à mendacii
patre, esse optimi ratione appellationem commeritos.

Rumorem nuper etiam conqueritur Colonia sparsum de
se, dum Heidelbergæ concionaretur, à Sathana abreptum
vt postea nunquam apparuerit: cuius profecto rumoris ad
me ne vel tenuis odor peruenit. Sed si ille sparsus est, vnde
probabit per fraterculos nostros sparsum esse, cum nulla ha-
beat indicia, nulla testimonia, nisi quæ sibi ipse comminisci-
tur. Et cur non metuit huiusmodi rumorem à se, aut eiusdem
sectæ hominibus confictum, vt & catholici haberent, quod
dubia fide dicerent; & hæretici, quod in facilitate credendi
rumusculis huiusmodi satis roderent & cauillarentur: sed
cur inquam etiam non metuit Stephanus, ad quem rumor
iste peruenit, ne, vt saepe fit, vox populi, vox Dei sit, quæ illi
fortasse futura supplicia comminetur, nisi resipiscat. Neque
enim

enim tardè euenit, vt peruicacibus hereticis, aut Catho-
lica Ecclesia persecutoribus simile quippiam diuina ultio
immiserit, quo omnibus constaret, quàm inuisam eorum
malitiam diuinum numen habuisset. Simon Magus here-
ticorum omnium Patriarcha, an non crurifragio turpiter
in conspectu populi, qui illum pro Deo colebat, vitam ami-
sit? Et Manes viuus excoriatus est, quòd filium Regis cura-
turus occidisset? Quis ignorat Arium eo die, quo se abso-
lutum gloriabatur, & cum fastu duceretur ad Eccle-
siam, in fœdo foricarum subsellio animam cum intesti-
nis deiecisse? Iulianum diuinitus occisum, & à terra
sponte se aperiente absorptum, Beatus Gregorius Nazi-
anzenus est testis.

Valens Arianus dum è praelio aufugisset; ab Aria-
nis viuus crematus est. Nestorius lingua impia à vermibus
cōsumpta, miserè interijt. Et quid pluribus referā? Huneri-
cum Arianum Regem à vermibus consumptum. Anastasium
Imperatorem fulmine extinctum. Post combustionem sacra-
rum imaginum in foro Constantinopolitano iussu Leonis I-
conomachi, trecenta hominum millia è medio sublata vna
pestilentia, Lutherum morte repentina post canam &
facetias extinctum, Zvinglium in praelio casum: Oeco-
lampadium cum sanus cubitum concessisset, ab vxore mor-
tuum repertum. Andream Carolstadium à Damone inter-
fectum. Caluinum post morbos multos, à pediculis tandem
Tyrannorum more, enecatum.

Horumne Stephanum meritò vestigia terreant, dum
quis rumor de se nuper in vulgus emanauit, considerat? Sed
grande piaculum esse censet, quo totam quasi Societatem
nostram

nostram ream agit: quod de eo quidam scripserit ad amicos
falsò, Stephanum colloquio Badenæ inter Iacobum Andrea
& Pistorium habito interfuisse, & ex Caluinista Luthera-
num esse factum, qui tamen nec ciuitatem Badensem, nec
collocutores dictos vnquam viderit. Sed largiamur, nihil
hic, vt solet, Stephanum à veritate alienum dicere: vel quod
verissimum est negare audere: tantumne scelus est, quod o-
mnes vbiq; luamus, quòd incerto rumore vel falsa alicuius
de sectarijs persuasione, aliquis è nostris deceptus sit? annon
id multis euenit in familiaribus epistolis, vt quæ certa esse
puzent, quòd à multis huiusmodi habeantur, falsissima post-
modum reperiantur? An ignorat Theologus, mendatium
esse (Augustino teste falsam vocis significatiõem cum inten-
tione fallendi: tum à mente deriuari, plurimūq; differre ab eo
quod quis ignorans per errorem falsum dicit vel scribit: eum
vero qui mentitur, non ipsum se, sed alterum fallere conari;
qui verò quod falsum est, improuidus scribit aut dicit,
hunc cum verum esse putet, non fallere, sed falli, vt rectè dixit
idem Augustinus de verbis Apostoli. Interest quemadmodum
verbum procedat ex animo, ream linguam non facit nisi
mens rea: At ream quam maximè mentem fuisse Stephano
manifestum est, dum ex hoc errore, quem diximus, aut
simplici inficiatione sua fretus, concludit omnia, quæ per
nostros, cum Deo, in India facta sunt, in propaganda lon-
gè latèque fide & Ecclesia Christi, tanquam de rebus pro-
cul positis mendacissimè conficta esse, cum tot ex totius
Christiani orbis Indicarum rerum veritas præiudicia, &
Regum Principumque publica testimonia habeat, sine
quibus quis, sana mentis credat, Indicas res gestas nostrorū
in lucem conspectūq; totius mundi impunè proferrì potuisse
pra.

praesertim in illis regnis & prouincijs, in quibus non pro-
mulgari tuto potest, nisi quod accuratissimè prius fuerit ex-
aminatum atq; approbatum? Sed facile coniectare est, quid
Stephanum, sectariosq; alios in rebus indicis tam malè ha-
beat, vexetq;. Duo videlicet, quæ non exigua indicia faciunt,
Catholicam nostram, quam ipsi papisticam vocant, Eccle-
siam, in qua Societas nostra approbatus est status, & stre-
nuam operam nauat, veram esse Ecclesiam; suam verò, Sy-
nagogam Satanae; quæ se impudentissimè Ecclesiam Christi
iactat: Quæ verò illa indicia? primum quidem, quod iuxta
diuini verbi promissiones, Spiritus sancti impulsu, procul
& in remotissimis oris positas prouincias summi Magistra-
tus auctoritate adeuntes, Christi fidem latissimo prouentu,
tanquam probatum semen spargant, Barbaras gentes ad ve-
ritatis lucem è tenebris adducant, Ecclesiasq; passim nouas
construant nostri: Sectarij autem suis se finibus, velut Coch-
leæ, contineant, neq; hoc agant vt ad infideles populos Euan-
gelium perferant, sed, Europæis vt nostris, quibus tot ante
saeculis rectè est seminatum, quasi ferales quædam volucres
auferant semen, eiusq; loco, in agrum Ecclesie optimè olim
cultū injiciant Zizania, Religionemq; pulcerrimè prius con-
stitutā, turbent, pessudent, vertant. Deinde etiā quod diui-
norum miraculorum virtute, tanquam certissimis diuinæ
veritatis testimonijs planè destituti sint, Deo sic procurante,
qui falsissimæ illorum doctrine, tanquam adulterinis literis
nunquam sigilla sua accomodauit. Sed de his alibi
copiosius differendum. Ab indicarum rerum oppugnatione va-
uissima, mox se conuertit Stephanus instar morionis ad
scenam planè ridiculam, & se scholis, Collegijs ac omnibus
Ecclesiasticis, Pastoribus videlicet Canonicis ac Monacho-
rum

17
omnibus strenuum contra Iesuitas patronum profitetur, in gra-
uissimo quod somniat illis impendere à nobis, periculo.

Itane verò rapacem lupū ex Iudæo, malum pridē Christi-
anum, nunc etiam Calvinianæ hæreseos antistitem, cura sol-
licitudoq; omnium Ecclesiarum inuasit, vt illo aduocato ac
patrono vtendum planè sit Catholicis Gymnasiis, Monachis, i-
tem Sacerdotibus contra eos, quorum vigiliæ laboresq; cun-
cti eo pertinet, vt Ecclesiæ catholicæ ordines partesq; omnes
ab hæreticorum rabie defendant? Nam, quantū momenti ad
hanc rem adferat diligens assiduaq; Iuuentutis informatio,
& de solida pietate frequentes ad populum conciones, Cate-
chismi, item saluberrima doctrina, atq; id genus complura,
(propter quæ, velut iuratos hostes, Stephanus eiusq; gregales
æterno nos persequuntur odio) nemo non videt ac sentit, qui
vel scintillam rationis religionisq; retinuit, nec velut effre-
nis equis ab indefinita cupiditate in præceps ducitur. Qua
certè amentia impulsus Stephanus, nostrorum diligentiam
(qua quidē non eminere soli cæterosq; deprimere, sed officio
satisfacere suo student) petulantisimæ linguæ flagris, ob pub-
licam communemq; Religionis causam cædit, haud secus, q̄
percitus olim furijs Ajax, quod arma amisisset, arreptum è
grege arietem pro Vlysse flagellauit.

Obijcit etiam nobis nescio quas machinationes, de in-
uadendis Ecclesiasticorum templis & cænobitarum mona-
sterijs, haud aliter, atq; si in nostro consilio assedisset, aut si di-
uinandi res futuras artem percalleret, immemor illius Mar-
tialis ad Priscum;

Quemquam posse putes mores narrare futuros,

Dic mihi si fias tu Leo, qualis eris?

Sed largiamur illi quod Seneca dixit, Argumentum mo-
rum

C

rum

morū ex minimis licere capere, quamuis hoc cum Christi legibus nō bellè congruat, qui ab illa iudicandi temeritate, suos longè abesse iubet. Vbi sunt vel leuia huiusmodi consiliorum indicia? At, dicet fortassè; non pauca iam templa possidetis. Pauca vero dicat, atq̃ ea ipsa, quæ neutiquam inuasimus, sed cum rationes aliæ non suppetent ad nouas edificationes, vel prorsus deserta; vel ab ipsis possessoribus ob defectum personarum alio migrantibus, collato ære redempta, à Principib⁹ uiris aut Magistratibus, interpositu summæ potestatis Ecclesiasticæ, Societati nostræ, haud sine incommodo obrusa, vel tradita, & si qui redditus reliqui erant, ad necessariam frugalemq̃ sustentationem contributi. Quis uerò, nisi aut hereticus sit, aut cæco liuore occupatus Ecclesiasticus vel religiosus, si communibus rebus benè cupiat, non malit nobis hæc obtigisse (qui publico bono operam nostram p̃fitemur) quam Sectarijs, qui magnam iam eorum partem contra ius fasq̃ rapuerunt, aut reliqua spe impia dudum deuorarunt. Quis non vulpinum hoc aut lupinum, Ecclesiasticis Religiosisq̃ consulendi studium Stephani merito irrideat, ut cætera item quæ de nobilibus Euangelicis & eorū liberis fuco Sæctimonie cuiuspiam simulata, illicitis, docendis, alendis & ad honores promouendis, de periurijs quoq̃, à quibus omnibus nos absoluat Pontifex, deq̃ Papatus Germanici sede Colonia constituenda, Principūq̃ frangendis uiribus, & sub Papæ iugum reducendis, ex deliro capite impudentissimè mentitur, & sine umbra suspicionis legitima eructat in vulgus. Cum ille magis sibi suisq̃, qui Principum & nobilium canistra tamquam famelici & emacerati canes sequuntur, quam maximè potius metuat, ne Principes Nobilesque uiri, cælitus collustrati, seipsos aliquando respiciant, & posteriora meliora consilia

17
silia amplectatur, factaq; comparatione veteris Christianis-
mi grauisfimi sanè ac religiosissimi, cum Ministrorum suo-
rū nouo enthusiasmo & in fide quotidie resigenda leuitate,
imitentur Pelopidam illum Ducem optimum apud Dionem
qui cum fortens quendam ac præclarum militem, per calum-
niam delatum audisset, de conuitio in principem coniecto,
respondit; Facta eius respicio, verba non audiui, Sic inquam
viri Principes ac nobiles de Societatis nostræ studijs ad com-
munem Reipu. salutem collatis, rectè iudicent, Stephani au-
tem gregaliumq; crassa illa ac splendida mendacia, quibus
nos vellicare & optimatum invidia onerare sine fine per-
gunt tandem aspernentur, deq; causa nostra ingenuè pronun-
cient. Quod certè non dubitamus futurum, cum illos diuinus
inuietæ veritatis radius tetigerit, docueritq; euentu, id, quod
à nonnullis sapienter & acutè dictum fuit, veritatem impro-
bitate multorum depressam, tandem emergere, & innocen-
tia illius patrociniū interclusum pulchrè suo tempore respi-
rare, Ea q; ipsa vt est immortalis, sic Mendacium (quo velut
carioso fundamento Stephani Sodaliumq; eius perfida fides
qua turbant miscentq; terrarum orbem, nititur) non senesce-
re, ac simulata, facile ad naturam suā redire, haud aliter quā
studio ingenti compta Casaries leui flatu dissipatur, & fu-
cus exquisitissimus, lacrimula, aut sudoris guttula defluit.

Quod si fortè dicas, futurum vt Stephanus, de crimi-
nibus nostris aliorum publicas historias & luculenta testi-
monia proferat, haud tergiuersamur, faciat ita sanè, imi-
tabitur profecto maiores suos Maximinum crudelissimum
nascentis Ecclesiæ carnificem, & Iulianum Apostatam, æ-
que impium, qui ex infinito suo in religionem nostram odio, de

de Christo optimo saluatore mendacissimos libellos compo-
nendos & rudi imprudentiq; pueritiæ prælegendos in scholis
curarunt, vt fidei Christianæ contemptus, quasi cum lacte
haustus altiores in animis ageret radices. Testimonium por-
rò si quod habet contra nos Stephanus cur premit? cur non e-
dit in vulgus, cur non saltem patres suos bilingues Iudæos se-
quutus & ira efferatus, falsos quosdam testes in Epistola sua
producit, quorū, sintne conuenientia testimonia examinetur
ac cognoscatur clarius, quàm, hunc hominem malitia sua ex-
cacauerit, & immanem lupum sub ouilla pelle effecerit, qui,
quod vigilantia Magistratus Colonia excedere, coactus esset
prius, quam in oues innoxias pro libidine sua posset grassari.
animi sui furorem in Societatem nostram iam uunc effundit,
& quasi classico ad cadem & supplicia vocat, dum nos Pari-
siensis & Polonica laniena facit auctores. O esfrontem au-
daciã; O crudelitatem verè Iudaicã quæ sanguine innox-
iorum Christianorum exsaturari nunquam potest; Nostrine
Parisiensis laniena architecti? qui per paruo numero in illius
amplissima ciuitatis & Aula perturbatione, incerti vitæ, ti-
moris pleni, domi sese continebãt, suamq; ac Reipub. salutem
non interdium, non noctu intermissis precibus, Domino com-
mendabant, quos nemo mortalium, vel consiliorum regionū
fuisse conscios in æternum probaturus est, non dico veris, sed
nec in speciem apparentibus indicijs.

Idem, de Polonica laniena, liberè pronuncio, cuius, nos
quoq; reos facere vult Stephanus, cum tamen eius criminis,
nec vmbra inuenire possim, ex qua probabile fiat, turbarum
istarum incendium à nobis excitatum. Mirabar equidem,
quinam essent isti Euangelici, quorum in tecta facies conijci
quosq; in conspectu Regum contrucidari, nostri procurassent,

Cum

7
cum autē in omnia versarem animu, succurrit vastatio Syna-
gogae seditiosissimorū Calvinistarum ab Academia Cracoui-
ensis studiosis facta, quam Synagogam contra Magistratum
licentiā, nuper sibi arrogantiā incredibili fabricauerant, sed
eam rem gestā per nostros, aut eosdem, machinatos cuiuspiam
necem apud Regem, qui, istic, pauci, sine collegio, sine prælect-
ionib⁹ vllis viuebant, nemo nisi mēdacissimus dixerit. Id certē
scio, ac publico Procerū Polonicorū testimonio confirmare pos-
sum, cum à nobili quodam esset impacta per contumeliam a-
lapa Sacerdoti cuidam nostro Regiæ Maiest. Ecclesiastæ,
Petro Scarga, eaq² causareum, nobilitas ipsa damnasset, ut
Sontica illi dextra præcideretur, intercurrisse nostrum, ac
summo studio omnibusq² precibus panam deprecatum, quod
sua causa nemini malè esse cuperet.

De Parasina tragedia hoc amplius dicam, à viro nobi-
lissimo ac fide dignissimo, accepisse me, illius causas in nefa-
rio Geneuensium Ministrorum Collegio, cui præsidebat Be-
za esse coctas. Nam, cum ille totam domum Regiam cum
permultis alijs ad necem ibi designari vidisset, atq² ex eo,
pro sua prudentia, non malè colligeret, tam effusi iam ante
plurimi sanguinis in Gallia ansam Regi oblatam, quam in
futurum tempus effūdendi rursus copiosissimi cruoris occa-
sionem Regi Principibusq² datum iri, si consilia illa sangui-
nolēta ut fieri necesse erat, machinationibus varijs, quæ sunt
consequutæ, emanarent, hoc inquam ille cum non perperam
colligeret, respexit seipsum, Calvinianosq² toto pectore de-
testatus, multis cum lachrimis errata superioris vitæ expia-
uit, & deuexa iam atate, vir ad Catholicæ Ecclesiæ gremi-
um, lætus reuertit. Quod ergo sanguinaria illa consistoria
suismet nefandis coniurationibus, insidijsq² tandem proditis

effecerunt, ut nempè in amplissima Vrbe deprehensis fune-
stae conspirationis Auctoribus, Dei permissu, Regioq; imperio,
cades illa & deretur, nemo sanè mortalium aut est, aut fuit
vnquam, qui iure ac merito eius causam in nos possit deriu-
re, cuius etiam innocentia nostrae, publica Regni testimonia,
si opus esset facile proferremus. Sed, hic etiam antiquum ob-
tinent Sectarij, & propriae crudelitatis suae, alios cupiunt fa-
cere apud incautum vulgus, Auctores, ut cum Pilato inte-
rim manus suas abluisse videantur, quemadmodum an en-
tissimi olim Donatistae Catholicis Episcopis ac Sacerdoti-
bus obijciebant per summam iniuriam, ut à sese in illos ple-
bis odia transferrent; quod cruentis morsibus pascerentur
quod violatae Religionis, nonnulli, iuxta Imperatoria rescrip-
ta accersiti, & supplicijs dignissimis affecti per Magistra-
tum fuissent. Possem hoc loco exempla in medium proferre
quibus ostenderem, eodem planè modo, quo in nos grassatur
Stephanus, per vetustos etiam haereticos in Ecclesia antiquis-
simos Patres, bachatos esse, falsis & eumentis criminibus,
atq; non raro in extremum eos periculum coniecisse, sed nihil
est necesse, quòd iucundum nobis sit, cum iisdem patribus in
patientia possidere animas nostras, atq; exultare quia digni
habeamur p nōmine Dōn. nost. Iesu Christi cōtumeliam pati.

Postquam Galliam Poloniamq; Stephanus irrequeta
mente sua peruagatus est, ut ex emortuis iam dudum calum-
nijs, vmbrae criminis alicuius in Iesuitas conficti, quasi post
veterum, exoletorum mendaciorum messes, spicilegium fa-
ciens, imperitissimus Calvinistarum profectus, captaret.
reuertitur Coloniam deniq; Agrippinam, & consimilia istic
ab emissarijs eorum agi geriq; se vidisse sine corde, sine fronte,
effutit, quae autem illa sint ne obscure quidem insinuat, adeo-
q; impostorem agit audacter, ut nō metuat futuros, in ea am-

17
a molissima Repub. perfidia sua contribules, qui, quod nec-
dum pudorem ex animo omnem relegarint, nec caeco verita-
tis odio penitus sunt occupati, ista Stephani libidine mērien-
di, atq; impudentia, quiduis ex putida Iudaici pectoris cloaca
eructandi in nomen famamq; hominū innoxiorū, ipsam quoq;
Stephani, quam prætendit Religionem, sint aestimaturi, &
quæ mentientium, est iustissima pœna, ne vera quidem for-
tassis dicenti, fidem vllā habituri. Quis obsecro, vel p febrim
somniaans, meminit, nedū à Iesuitis, sed ab vlllo planē Catho-
lico lanienam Colonia institutam? quis iniectas in ades Euā-
gelicorū faces vidit; quis vlllo inditio tenuissimo probare po-
test quicquā, vnde tanti facinoris esset suspicio, dictū vnquam,
factū aut cogitatū? Nisi fortē Iesuitis (qui omnē sangui-
nā istis lupis, aquā turbare vidētur) etiā acceptū referre ve-
lit, q̄ autoritate prudentiaq; sua singulari, vigilantissimus
Magistratus sine nobis proq; officio, diligenter prouidit, ne à
Sectariorū furore in periculiū, salus communis adduceretur.
Pergit exindē ad aliud tēblema, q̄, eadē fide infida assuit mi-
hi Stephan⁹, cōfessū me ipsi priuatim esse, multa pperā intēpe-
stiuo zelo à nostris geri, Hic sanē in perspicua calūnia visū est
respōdere, q̄ olim M. Scaur⁹ cū accusat⁹ corruptele, in cōcionē
pgress⁹ p palam essat⁹ dicitur. Varius Sucronensis Emiliū
Scaurū mercede regia corruptū ait; Emili⁹ Scaur⁹ negat.
Viri creditis? ita ego Stephan⁹ Isaacus ex Iudæo pseudochri-
stian⁹ Apostata, ait, Petrū Brilmacherū suos Sodales apud se
de intēpestiuo multis in reb⁹ zelo accusasse; Petr⁹ in fide ma-
iorū suorū cōstās Christian⁹, negat constanter, viri creditis
Lectores? Et, Deū immortale, quonā ego loco, qua hora Ste-
phano de huiusmodi reb⁹ quiritanti, respōdi; me fateri, indis-
creto zelo multa à nostris fieri. Quod si in Societatis nostræ
homines à Stephano manifestorum, compertos criminum, ita

ut me promittente vult, ut me apud meos (& si vando conatus)
in invidiam vocet, tum profecto, insignem se ministrum pro-
dit, illius, qui in sacra Apocalypsi fratrum accusator appella-
tur, & , cuius eximium artificium, in ipso Stephano, per ea
sex ostenditur, quæ Salomon in Prouerbijs ait odisse Deum;
nempe, oculos sublimes, linguam mendacem, manus effun-
dentes sanguinem innoxium, Cor machinas cogitationes pes-
simas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem
mendacia testem fallacem, & septimū, quod detestatur ani-
ma Dei, seminantem inter fratres discordiam. Sin autem a-
lio spectat Stephanus, de quæ cæteris Catholicis me locutum pu-
tet, fateor quidem, non omnia ubiq; moderatè & secundum
scientiam fieri, præsertim quando armis res geritur, aut etiã
cum alijs in rebus effrenes intercedunt affectus, & rationis
iudicio perturbato, speciem zeli quandoq; iuducunt, sed, qua
occasione ea de re sermo mihi cum Stephano fuerit, meminisse
non possum. Ea quæ re facile impellor ut credam, de suo, Hoc
est, de mendatijs scatenti pectore Stephanum, Iudaica planè
fide id affixisse, cū fabulam sequentem de Hypocrisi & ma-
chinationibus nostrorum procuderet, in qua fabula, quot ver-
ba tot penè insunt, illustria mendacia, quæ, ubi paucis detex-
ero, concludam. Falsum ergo & delirum insanientis capitis
est commentum, quod in hisce motibus, Colonia Fraternalita-
tem Rosarij B. Mariae instituerimus, cum Fraternalitas illa
Rosarij quæ dicit à S. Dominico impiorū Albigeniū Stephani
proauorū egregio domitore, ab hinc 300. annos initiū accepe-
rit, longèq; ante hoc sæculum, natamq; Societatem nostrā
Coloniae sit excitata, idq; mirum est ignorari à Stephano Do-
minicanorum vicino, nisi fortè ab auito & inveterato maiorū
uorum in Deiparam virginem odio, prudens sciensq; nescire
volu-

voluerit. Quod si alterum Sodalitatis B. Mariæ, non itate-
nitatis Rosarij titulo, celebrem cætum, intelligit; ne tum qui-
dem verum dicit, eam Sodalitatem à nobis primum Colonia
institutam, cum hanc ipsam varijs in mundi partibus iam
captam & à Pontifice dein Maximo publicis literis aucto-
ratam, Colonia tantum propagauerimus. Falsum item, quod
Sodales ipsi fratres se nūcupent, si hoc ex vlla lege fieri putat,
quodq; in eam, vtroq; è sexu homines admittantur; cum
nulli femine aditus ad illam pateat; quod item maximo
sint numero, cum in eam è studiosis & literatis, non nisi lectis-
simus quisq; cooptetur. Mitto illud βλασφημώσομορε logiū
quod à Satana sint omnes fascinati, respondeoq; pro Sodali-
bus cum Christo (Iudæis eorumq; abnepoti Stephano obijci-
entibus Dæmonium habes) respondente lenissima oratione,
Nos Dæmonium non habemus sed honoramus veneramurq;
Iesu christi saluatoris nostri, Matrem, quam tu Stephane,
quia ex ijs generationib; non es, quæ beatā dicturæ erant Ma-
riam Deiparam, inhonorasti, dum eius clientes (quia veluti
carnalis ac literalis homo, spiritualia non percipis, nec scopū
Sodalitatis intelligis) traducis intolerabili conuitio eorum
studium, quasi, velut exploratores, quæ per urbem viderint
audierintq;, deferant ad Iesuitas omnia, hi vero ad Papam
perscribant; Sed quorsum tu cæcus, & in condensa perfidia
nocte palpitans, de coloribus? qui nescis miser longè alium
esse finem Sodalium, vt nempe coniunctis more primorum
Christianorum animis, se proximosq; omni ope atq; opera ad
virtutem amoremq; Dei inuitent, nec nobis, tantum esse ab-
se nostra ocij aut facultatis, vt aut libeat aut liceat, in alie-
nis domibus, per commentitios hosce tuos oculos, esse curio-
sis. Quinimò iurare tibi sanctè possum, neminem in hac Rhe-

nana nostra Prouincia, in qua per Collegia & domicilia 13. distributi viuimus, haectenus extitisse, vel etiamnum existere, qui literas vnquam ad Pont. Maximum dederit.

Ad haec veritate ipsa omnia vincente confisi, pernegamus item funditus, historiam seu fabulam, quam mendax Appella Stephanus, nos in aeternum negare non posse nugatur, de Ioanne Francisco Vercellensi Episcopo & Apostolico Nuncio, certissima videlicet experientia constare à nobis ad Papam omnia perscribi, quae in hisce oris gerantur, eaq; causa emissum Roma Nuncium Coloniam, vt in sexus viriusq; Ecclesiasticos homines inquireret, ac deprehensa flagitia puniret. Quam rem, velut putridum figmenti sui fundamentum, constituit, Cum tamen luce clarius sit apud Colonienses, non eo potissimum nomine, aduenisse Episcopum Vercellensem, à sede Apostolica Nuncium. Sed vt haereseos crimen longè grauisimum, non autem veritatis vllam confessionem compesceret, nouasq; turbas, quas contra Ecclesiam Catholicam & Rempub. ipsam ciebant importuni quidem homines, sedaret eos ad saniora cōsilia paternè reuocaret, aut si obluēt arētur, auctōritate summi in Ecclesia Magistratus, & ex sacrorum Canonum decreto, beneficijs dignitatibusq; planè exueret.

Percrebuerat tum longè lateq; etiā ad exterarū disjitasq; nationes, quid cuderent Calvin. secta proceres Colonia Agr. &, quo nefaria illorū spectarēt cōsilia, haud obscuris indicijs cognouerant. Necquisq; eorū, quib; cura salutis patriae erat, quibusq; impendentem nimbū auertere, siue in Prouincia, seu in cōsinijs ex officio incūbebat, fuit, qui nō merito optaret ad Pontif. Roman. Caesaremq; Maiest. rem totam referri. Vt sanè ridicula nō min⁹ quam euentita calumnia Steph. Isaa. debeat existimari, qua Reuerend. Nunc. Apost. à Iesuitis & fratri.

fratribus Rosarij, pueris videlicet scholasticis, rem totam exactissime cognouisse, per quod stolidè & ineptè fabulatur, agitque hoc totis lacertis, ut Cleri Ciuiumque, Colonienfium animos irasque in nos velut nouus quidam Theudas concitet. Huc autem quasi subsidiariam manum coegit octo pingua mendacia, que tantum retulisse, euertisse fuerit, quod vel publico Reip. testimonio, eorum vanitas, abs quouis etiam leuiter inuestigante, facti veritatem perspicere possit.

Primum mendacium est, de prodigiosa illa cognitione Nuncij Apost. rerum Colonienfium, post iridium quam aduenisset, ex nostrorum narratione. Secundum, de processu contra Ecclesiasticos peccantes, de quo citatione etiam illorum qui in Cœnobijs quid offendisset. Tertium, de mulctis iisdem irrogatis, quarum nos fecerit receptores. Quartum, de indicijs Reuerend. Nunc. à quibusdam proditis ac separatim à quopiam Philosophici Gymnasij Rectore dictum, id vel per spiritum familiarem, aut certe per Iesuitas Rosarijque fratres factum.

Quintum de coniectis, eorundem opera literis in ades Nuncij, quibus nostrorum informationes, vel ipso testante Sacellano continerentur, cum tamen assiduò sermè cum nostris perhumaniter ageret, Reuerend. Nuntius, ut sanè accusatione per oculos, nescio quos, codicillos, opus non fuerit.

Sextum, de ipsius Reuerend. Nun. querimonia apud Stephanum deposita, de qua, illud tantum dixerim, ut intelligatur unde ista Stephani cum Nuntio familiaritas nata sit, quamque hic & illud optimi viri sermone abusus sit. Non deerant iam dudum homines pii ac graues, qui, quod ex vnguib⁹ Leonem hunc, seu maui, ex gestu vaserrimam vulpeculam, intus & in hunc nossem, viderentque, quanto Reipub Colon periculo in eius visceribus insideret, monuerant Nun. ut de Iudæo pseudopastore diligenter

ognosceret. Sed ne fieret, suosores, Nuncio illi ipsi fuerunt, quos nunc vatiniانو odio insectatur, q̄ dicerent videri potius ad temporis ex re communi, clementi admonitione hominis animum esse mitigandum, atq̄ ad officij ritè obeundi partes, quam benignissimè inuitandum, Hinc illa reliquiarum petitio instituta. Et si fieri etiam poterit, vt tunc, acceptis huiusmodi literis, Reueren. Nuntius, quod mihi quoq̄, questus crebro fuerat, Stephano dixerit de quorundam, haud satis probatis delatoribus, quam querelam pertinere ad nos, cum non facile persuasurum se alijs timeret, mendacium illud de Sacellano callidissimè intexuit. Sed ne Stephanum quidem latere poterat ex clarissimis plurimisq̄, argumentis quosnam sua oratione, Reuerend. Nuntius in amplissimo clero populoq̄, (vbi nonnunquam affectuum vario ac diuerso genere res agitur) notasset, Verum cura id Stephano non fuit, quia me, Iesuitasq̄, omnes, tanquam scopum figendum animo praefracto destinauerat.

Appingit etiam precedentibus eadem fide, eodemq̄, sine Septimum mendacium de iudicio illorum, qui me no-uerunt, quod, contra cōscientiā loquar ac scribam, doctiorq̄, sim (vt ait Iudæus Stephanus) quā vt reuera id credam quod contra rationem omnem defendam. Ita sane ex abundantia cordis, os loquitur, & Hæreticorum solenni more, ex profligatissima conscientie suæ perfidia me iudicat, cum tam infandi criminis, neq̄, ex lucubrationibus meis, neq̄, ex concionibus vel minutissimum odorari possit vestigium. Vnum tantum profert Argumentum, mihi ac doctissimo Theologo Louaniensi Ioanni Hesfelt commune. Sed hoc ex mendaci cerebro non à veritate conformatum. Neuter etenim
nostrum

nostrum aut dixit aliquando, aut dicere vlla ratione potuit;
Caluinistarum sententiam, cum Dei verbo ac veritate longè
magis congruere quam Lutheranorum, sed quod verè affir-
mare potuimus, plus studij laboris fraudisq, itē ac sycophan-
via, à Caluinianis adhiberi, vt illorum sententia rudi & im-
peritò populo, magis consentanea Verbo Dei videatur, quàm
à Lutheranis, quod, quantum à priore, sensu & conscientia,
bonæ testimonio distet, quis, (nisi cum Stephano oculis auribus
& corde planè sit incircumciscus) non videt? Consimile
est octauum mendacium, ex nouo ac mirando illo mendacio
hic confrabicatū, quod scilicet post disputationem, ab eo cum
caluinianis Prædicantibus habitam iactauerim, me, multo
melius sententiam caluinistarum defensurum fuisse, & ad
Impossibilia Stephanum cum D. Riphan redigere potuisse, si
disputandum mihi cum ipsis fuisset. Quorum nihil à me, nec
cogitatum quidem. Licet fateor, me fortassis quædam paulo
acutiora, etiam ipsis obijcere potuisse, cum de illa disputatio-
ne Stephanus referret, insinuasse, non iactantiæ causa, aut,
quod diuersum vllò modo crederem, aut sentirem, sed eum vt
instruerem magisq, confirmarem in religione, illam autem
familiarem instructionem christianamq, intentionem, tan-
quam venenatus araneus in pestilentissimum virus Step-
hanus sibi conuertit.

Quod ad Ioannem à Münster attinet; illine irascar, an
vicem miserrimi hominis doleam, satis haud scio; qui per ex-
tremam desperationem, causæ suæ iam deploratæ, patrocini-
um emendicauit à scelerato transfuga Iudæo, ac, refutatio-
nis suæ frustum, maligna alterius semigentilis vigilia, sine
calce & arena, hiulco structum planè & destructum opere,
postquam à Neustadiano typographo (vt fama est) velut pes-
simis

simis auspicijs conceptus satus, proscriptum profligatumque fuerat, nunc tandem Brema infelici nixu extrusit. Quo sane refutatio, sycophantica fingendi mentiendiq, impudentia, qua scatet, Auctorem patremq, suum manifesto inditio prodit Christophorum Pezelium, hominem è Saxonia iam olim perturbatum, & publicis non indicijs sed sententijs reum notissimi periurij, qui, nisi in profundum iam venisset peccatorum, & Deum ipsum penitus excusisset ex pectore, non tam audacter Numinis diuini contestatione abusus esset, cum me pagina 74. in notis ad caput tertium totamq, Ecclesiam Catholicam, mendacissime accusat, quod cum Pelagianis de imitatione non propatione Originalis peccati, deque liberi arbitrij viribus, sentiã. Quid obsecro est perfricuisse frontem proiecisse pudorem & confidentissime mentiri, si hoc non est? Lege saltem Anatematismos Concilij Tridentini, contra Pelagianiz autes clarissime aditos, Lege ac relege vel hunc ipsum locũ, quem sacrilegè deprauasti, Lege catechismum meũ fol. 47. 48. 49. & aliud me sentire ac profiteri intelliges. Sed de his plura, in ea, quam meditor demonstratione, imposturarum & fraudum, quibus Pezelius sub specioso Ioannis à Münster nomine, tum teterrimos inuoluit errores, tũ rudibus ac imperitis, aliquid se mihi respondisse, ambit videri.

Hac habui, quæ per otium (quod à perpetuis occupationibus suppetit exiguum) ad Epistolam Stephani Isaaci rescriberem, Deũ simul testat, non me animo maledicendi aut contendendi, sed vnus Veritatis vindicandæ studio huc impulsus esse, ac, ne quis ab hoc falso quondam fratre, nunc Calvinistarum caco Antistite, seu, vt ipse ait Pastore, Ministro, superintendente, delusus, malignè per imperitiam de Societate nostra existimet, quæ nullis quidem artibus alijs ad Pa-
pistarum

15
pistarum aut Euangelicorum perniciem vti nouit, quam, quibus in hisce errores, in illis praua detortaq; animorum affectiones euertantur, & vtrorumq; saluti quam optime consalatur.

Euenit autem stephano id, quod Salomon dixit; Qui fodi foveam incidit in eam, & qui dissipat sepem mordebit eum coluber. At, ne quid deterius aliquando experiatur, Deum lubens orabo, vt à Diaboli laqueis, quibus irretitus ad ipsius voluntatem teneretur, infelix stephanus liberetur vtiq; conuertatur & viuat.

Tu verò amice optime atq; optatissime, quod scripsi animo beneuolo suscipe, quantumq; potes ad Dei gloriam hac lucubratiuncula vtere. Vale. Monast. VVestpal. pridie Nonas Septembris. Anno M. D. XCII.


D. T. indignus in Christo seruus, Petrus Michael.

Societatis IESV Theologus.





Armen Herbst
Bewertung
zu Lohn.


Armen im Herbst: und
Lohn im Herbst.




22
251










8


Handwritten text on the left edge of the page, possibly a page number or reference mark.






8









L. 131. 2. 5. 10. 1. 13.







78 L 1574

Notandum Ex oratione F.
Hugentini Aluelchiani habita
Maydubingi ad Alia de Lubia
bis ubi dicit: Quod mantius ha.
utriusque in Luther, sed Luther
ad eos omnes illius sectatorum in
Lutherani sed Lutherani sunt cognos
cendi. et

X 2208903


propter admiracionē materie
simul omnes tres misa sūt posi
te. Undem ego dno ihu i bel
lo et afflictu duro et aspo pma
nente. tu aliquādiū nō sine
passione et gemitu dormita
sne et quiesces si tamē potis
hoc facere. **De** omne
ihū xpē qui in agonia suā
uicem sudasti. Da michim
exupna pēg madaonis suā
teā sudare. ut oasa nō mar
tesam req. iē sedm sudore
vultus mei restar te pae m. d.
tūq; sudor et sāguis mei bāsa
mū me est. pū sanet. et cel.

tui et amia. **2.** **O** vnicū bonum
meum. **O** singulare gaudū
meū quod faciam cū te sic sedē
videam. **2.** **2.** **O** dñe sedē m
terra teā et assidabo te. quia
non vides hic qui diligit te.
sed pōca inimicos tuos insanos
et dementes qui edūt te. **Ihu**
ego statuo et stantē ligato ad
ānam pōtaficem. mīro gaudē de
iose ihū pontifex de discipulis
portassis ibi erant et a iā gēa
eos collegit. ut vidēt si possēt
eū dephende. et q ab eo seducti
fuisent. et de doctma eius nō
agnoscend. vitatis amore.
sed ad vidē dū si possēt ibi fal
sūm m. triumphā et dā.



B.I.G.

Farbkarte #13



PETRI MICHAELIS BRILMACHERI EPISTOLA AD AMICVM.

QVA TANQVAM SPONGIA, deterguntur mendacissime calumnie à Stephano Isaaci ex Iudæo, Pseudochristiano, vt oleum camino adderetur, rescriptæ ad Ioannem à Münster / de ipso & leuitarum artibus, in perniciem, vt fingit, tam Papistarum quam Evangelicorum comparatis.



MONASTERII Vvestp.
Typis Lamberti Rasfeldt. Anno 1592.

